



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 147. Francisci II. Galliarum Regis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI
A. C. 1560

ros spondebant, atque interposita etiam juramenti religione se adversus omnes illam defensuros pollicebantur: insuper ipsamet Regina Guisios Principes in Navarræ Regis gratiam reducere nitebatur, affirmans, quod nec ad Condæi Principis captivitatem, nec ad sententiam in eum latam ullo pacto operam suam adhibuissent: quinimo ipsemet Galliarum Rex, quamvis gravissimo premeretur morbo, testabatur tamen, quod nonnisi ex suo jussu cuncta hæc contra Principem fuissent attentata, Principes Guisii autem duntaxat ejus mandatum executi fuerint

§. CXLVII.

Francisci II. Galliarum Regis obitus.

Thuan. l. 26.
Mem. de
Castell. Da-
vil. l. 2.

Attamen Franciscus Galliarum Rex factæ huic reconciliationi nonnisi paucis diebus vita superstes erat; obiit enim Aureliæ die quinta Octobris Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo cum is tum nonnisi decimum septimum ætatis suæ annum ageret; nam die decima nona Januarii Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, cum ejus Pater illo tempore adhuc Franciæ Delphinus esset, Font-Bellaquei primam lucem aspexit, sceptrum vero nonnisi septendecim Menses, totidemque dies, ac ejusdem numeri horas rotabat; cum

cum ergo ætate juvenis esset, ac non-
 nisi exiguo admodum tempore regnas-
 set, an inter probos, malosve Princi-
 pes numerandus sit, in incerto reliquit
 adeo, ut de eo nil aliud observandum
 occurrat, nisi quod nulla alia vehemen-
 tior affectio in illo dominaretur, quam in-
 gens amor erga Reginam Conjugem
 suam.

Sæcul. XVI.
 A C. 1560.

Ceterum ejus obitus universo Fran-
 ciæ Regno, præcipue vero in funesta
 illius temporis, rerumque vicissitudine
 Catholicis omnibus exitialis credebatur;
 nisi enim morte præventus fuisset, sub-
 ditos suos compulisset, ut fidei profes-
 sioni a Facultate Theologica præscriptæ
 subscriberent, hocque pacto de novis
 erroribus suspecti facile dignosci, aut
 forte hæresum propagatio fisci, quinimo
 sperari potuisset, quod Rex, uti statue-
 rat, Protestantium factionem penitus
 dissipasset: Utut vero res se habuerit,
 id unice dolendum, quod pia hæc con-
 silia ob præmaturam Regis mortem suo
 successu caruerint.

§. CXLVIII.

*Francisci II. Corpus ad oppidum
 S. Dionysii delatum.*

Postea Francisci defuncti Corpus a San-
 tivo, & Brossio, qui Regis Mode-
 ratores erant, ad oppidum S. Dionysii

Thuan. l. 26.
 Belcar.
 comm. l. 29.
 in num. 9.

K k 4

in